Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 2273

Quelle:
Copyright:

congregati in caussa *n. praeced.* indicata. Incipiunt: *Zuwissen. Nachdem es zweiffels ohne, den stennden dises Löblichen Bayrischen Chreiss unuerborgen, in was weitterung, vnnd geferligkhait das Reich Teutscher Nation, in Neuligkhait durch den verlust der Festung Erla* &c. Urbs haec *Agria* a Turcis expugnata est 1596. Hinc annum hujus Conventus elicias. *foll.* 8.

XV. *Friderici Wilh.* Ducis *Sax. Altenburgici* pro minorenni *Christiano* II. *Saxoniam* administrantis Responsum Commissariis Caes. *J. Cph. de Herrnstein* et *Cph. de Schleinitz* ad petitionem *supra n.* XIII. indicatam redditum, quod incipit: *Auf der Römischen Key. Mt. &c. allergnedigst begeren, so Ihre Mt. des fürstehenden vngerischen Kriegswessens, der vnlängst gescheenen Niderlage, vnd daneben fernerer hülffrettung* &c. Promittit Conventum Circuli *super. Saxoniae* ad diem 30. *Januar.* in *Guetterboek* 1597. urget tamen etiam Convocationem Comitiorum Imp. Datum *Torgaw 27. Dec.* 1596. *foll.* 9.

XVI. *Indices* complurium *Opusculorum* lat. et germ. in religionis negotio intra an. 1520 — 1560. publicatorum ab utraque Parte, maxime de *Colloquiis* habitis, de *Actis Comitiorum*, de *Conciliis*, et potissimum *Tridentino.* Collectio Literatoribus et Historiae Reformationis studiosis adprime opportuna. *foll.* 14.

XVII. Defensio *vulgatae Editionis Bibliorum lat.* maxime contra *Erasmum* occasione coronidis in Graecis ad Orationem Dom. *Matth.* c. 6. ὅτι σου ἐστιν ἡ βασιλεια &c. *f.* 1.

XVIII. *Compendium Summarium Septem viarum præparatoriarum ad veram ac stabilem concordiam in fide et religione per colloquium assequendam.* Ad calcem dicuntur haec prolixius recitari *in libro impresso et compacto*, qui est *Joh. Cochlaei*, ut *Cod.* CCCCLXX.

XIX. Objecta et Monita Theologorum *Wittebergensium*, ad *Interim*, item singillatim *Crucigeri*, *Maioris*, *Pfessingeri* et *Philippi.* Initium: *Von der mess. Das buch bekhent die mess, bekennett, das die mess nitt vergebung* &c. *foll.* 5.

XX. *Consilium de componendo negotio Religionis Joannis* cujusdam *Richter Doctoris*, quem non norunt *Biographi* nostri, germanicum. Incipit: *Die strittig Relligion mag leucht one emporung auch mit gueten gewissen meines erachtens verglichen* &c. Urget puritatem Doctrinae, pios doctosque Ministros, libertatem Matrimonii, ita tamen, ut uxores non alantur ex proventibus ecclesiasticis, conversionem Coenobiorum in Scholas, abstinentiam Episcoporum a profanis negotiis, suppressionem Ordinum mendicantium &c. Per decursum ad *Libellum* suum *de officio Spiritualis Principis et de rebus ecclesiasticis*